



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Martyrivm S. Anteri, Pontificis Romani, ex Cæsare Baronio. Passus est anno Domini Natalis 238. Maximini Imperatoris 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

virtute virgo Genouefa claruerit, facilè intelligi potest, referam. Puerulus quidam Meroneus nomine à natiuitate cæcus, surdus & claudus. ad famam Virginem obtinendæ salutis causâ Parisiorum à parentibus est allatus: qui ab ea benedicti olei vnctione delibutus, & cruce signatus, integre adeptus sanitatem cum parentibus domum se recepit. Similiter dæmoniacus quidam impetrandæ sanitatis causâ à parentibus ad eam missus erat. Illa sacro eum oleo curare nititur, sed cum pixidem oleo vacuam, & Episcopum qui oleum sacraret, absentem cerneret: ardentibus precibus à Domino & oleum, & eiusdem olei vnctione dæmoniaco sanitatem impetrauit. Ego verò (sicquit auctor) post \* tricenos, ab obitu eius anno quo tempore ad eius conscribendam vitam ad mare appuli, in imo ampullæ oleum, quod eorante, creuerat, vidi. Tandem annos amplius octoginta scælici emensa cursu Virgo Genouefa peregrina mundo, venerabilis populo, deuotè Christo, diem clausit extremum, tertio Nonas Ianuarij. Cuius venerabile corpus requiescit in Conuentu Apostolorum Petri & Pauli, in monte Parisijs.

\* alias tricenos.

Migrat à vita.

Vide Tom. 2, Annal. Eccl.

MARTYRIUM S. ANTERI, PONTIFICIS ROMANI, ex Casare Baronio. Passus est anno Domini Natalis 238. Maximini Imperatoris 2.

3. Ianuarij. Patria eius.

Martyrium septimana

**A**nterus Patre Romulo, è Græcia oriundus, vir pietate clarus, S. Pontiano, in Sardinia Insula, martyrio coronato in dignitate Pontificia succedere meruit. Qui summo studio ac

atque diligentia res gestas martyrum, eorumque <sup>sedulo de-</sup>  
 præclara certamina, perpetuis litterarum mo- <sup>scribi curat.</sup>  
 numentis, mandari curavit. Indignum nam-  
 que statuebat, vna cum vita, benè agentium me-  
 moriam aboleri, è qua tantus, tamque eximi-  
 us, ad omnem posteritatem dimanat fructus.  
 Igitur cum sedulo in id opus incumberet, mar-  
 tyrumque certamina, à contemptu & obliuio-  
 ne, dictis factisque vindicaret, ad eandem mar-  
 tyrij gloriam, mense vixdum in Pontificatu ex-  
 acto, peruenire meruit. Maximinus namque Im-  
 perator, qui præcipua in Christianos crudelitate  
 sæuebat, Romæ, per Vitalianum, Prætorio,  
 & Sabinum vrbi præfectos, eum comprehen-  
 di, vitaque fragili hac & caduca spoliari iuf-  
 fit.

Vnicam vir sanctus, Decembri mense, ordina- <sup>Ordinatio-</sup>  
 tionem fecit, in qua Antistitem vnum, in Ciuitate <sup>nes eius.</sup>  
 Fundis Campaniæ consecrauit. Successorem verò <sup>Succedit ei-</sup>  
 habuit Fabianum, sanctitate & eruditione in- <sup>us Fabia-</sup>  
 tum, atque postremò Martyrij corona similiter <sup>aus.</sup>  
 decoratum.

MARTYRIVM SS. CYRINI, PRIMJ,  
 & Theogenis, quod exegere, sub Licinio Anno à <sup>Vide Cæf.</sup>  
 Partu virgineo trecentesimo decimosexto. Syluestri <sup>Baro. Tom.</sup>  
 Romani Pontificis tertio. Constantini Impe- <sup>3. Ann. Eccl.</sup>  
 rator. vndecimo. Ex eo quod habe-  
 tur apud Baron.

CVM Licinius Orientalium Imperator, o- <sup>3. Ianuarij.</sup>  
 mnes bellicæ artis machinas, in Constanti-  
 ni perniciem expediret, cunctosque sub signis sui  
 B 4 Chri-